

foluit, quomodo Deus iustitiam vult celare, cuius opera vult sic elucere, ut præcipiat suis discipulis; *Sic luceat lux vestra coram hominibus: ut videant opera vestra bona.* Differentiam inter veram, & falsam iustitiam declarat. Eleemosynam ob vanitatem factam, hostilem nominat, & contra Deum insultantem. Deum facta metiri ex intentione & placendi voluntate. Sinistræ manus pugnam in dexteram describit, & virtutum ac virtutum certamen depingit. Hypocrysim detestatur, & ad fugiendum ea quæ in sinistris sunt, si in iudicio à dextris desideram<sup>9</sup> astare, hortatur. *Ser. 9. c. 22. & seq.*

Eiusdem sermo de ieiunio & eleemosyna. I. Deplorat eos, qui dorso hostibus non dederunt, delictis & crapulae dedisse pectora. II. Non ieiunantes efficacissimo conuincit argumento. III. Humanæ naturæ fragilitatem pluribus lamentatur. IV. Ad hanc sanandam, ieiunium salubre dicit medicamentum, sed eleemosynâ nobis emendum, absque enim misericordia & liberalitate suum non sortitur effectum. V. Eleemosynæ utilitates quasdam refert, & multum commendat. *Serm. 41. col. 106. & sequentibus.*

Eiusdē sermo de oratione, ieiunio & eleemosyna, ostendit tria hæc, quid vnū esse, per quod stat fides, constat deuotio, virtusque manet: quod probat antiquorum exemplis. Vbi multa præclara de harum virtutum diuersis effectibus. *Sermon. 43. col. III. & sequentibus.*

S. I. CHRYSOSTOMI sermo ad eos, qui ad Missas & collectas non occurrerunt, Vbi licet multa, hodierno Euangelio non conueniant (applausum enim respuit auditorum, auditores suos vrget, ut absentibus quæ audierint communicent, non nobis solis natos esse probat, absentes reprehendit, quod ad verbum Dei audiendum non confluere, eorumque excusationes & pretextus reprobat, præsentibus hortatur ut absentes ad conciones & conuentum pertrahant opportunè, & importunè.) tamen plura habet ad propositum, in illud Apostoli, quod ad præsens euangelium referri potest: *Si esurierit inimicus tuus ciba illum.* I. Si quidem difficulta-

tem soluit, quare cum Apostolus ab ira reuocaret, & mansuetudinem erga inimicos suaderet, dicens: *Si esurierit, &c.* statim amplius illos exasperasse videtur, & iracundia inflammasse, addens hæc verba, *Hæc autem faciens, carbones ignis congeres super caput eius.* II. Quomodo sic vincendus inimicus docet. III. Facilitatem præcepti de diligendo inimico demonstrat ex veteris Testamenti Patribus qui illud adimpleuerunt, præsertim David, qui maiorem in modum nouæ legis mandatum, antiquæ legis tempore obseruauit. (Vbi habes insignis Davidis elogium.) *Tom. de diuersis serm. 16. a pag. 220. ad pag. 239.*

Eiusdem homilia in illud Euangelij, *Attendite ne eleemosynam vestram faciatis coram hominibus.* Docet Christum hæc verbis more peritorum agriculturæ artificialium, qui plantas & arbores in altitudinem erigentes, superfluos & stolones importunos opportunè defringunt, molestas eleemosynæ superfluitates pululantes repurgare: respectus humanos rescindendo, ostentationes vanas amputando, & alia eiusmodi eleemosynæ fructum impediencia, prohibendo. Vbi, quid sit faciendo eleemosynam tuba canere sinistram opus dexteram nescire debere, egregie interpretatur: & quanta Euangelio cum legeretur reuerentia, etiam ab ipsis Regibus, suo tempore sit exhibita, ostenditur. *Tom. 6. homil. 57. a pag. 523. ad pag. 529.*

S. EPHRÆM PARANESIS; Quod Christianum oporteat esse longanimum, & immemorem iniuriarum. I. Modum tradit patienter iniurias & contumelias sustinendi. II. Docet, aduersus contumeliosos non esse agendum contumeliosè. III. Monet cauendum esse à risu qui excitat proximum ad iram. IV. Excusationibus, contumeliis affectorum occurrit, & Christum opponit. V. Exempla Davidis, qui cum malediceretur, non maledicebat, proponit. *Tom. 2. Paranesi. 32. pag. 390. 391.*

S. LAVRENTII NOVIENSIS hom. 2. de eleemosina agit & docet primo præceptum eleemosinæ medicinam esse peccatorum, & bonorum omnium radicem. 2. Eleemosinæ perfectionis